Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26050
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Exultabunt uobis et fratres mi quod uotis nostris uota
succedunt. quod gaudia gaudiis cumulantur. Ecce enim ad huc
natalis dominici sollempnitate corda nostra exultant. et iam sollempni
tate sancte epiphanie et gliam. brasq; agere debemus domino qui nos frequen
ter uisitat ut sepe letificet. densius repetit ut numerosius benedicat. Qua
uis quoq; gentiles licet uana numerosa tamen sollempnitate letentur. p
ter diuisitate deorum suorum. tamen plures nobis festiuitates pstat unus di
uisitacio qua illis multorum demonum superfluiosa psumptio. Ita sine eos
ueritate religionis uincim. ita uotorum numero superam. Epiphanie
quoq; pcuram gaudia. Querat aliquis quid interpretat hoc uocabulum. scilicet
epiphania grece latine dicitur appartio. Largo quia tempore primum apparuit
saluator in mundo. ipsa dies eodem uocabulo epiphania uocata
est. Quomodo autem apparuerit requiram. nisi quia in mundo antea non fuerit
cum mundus per ipsum factus sit. si quidem primum signis atque miraculis
credentium cordibus dominus xpc illuxerit et in tenebrosas esceientias ho
minum fides splendoris aduenerit. Cum quoque dominus ubique sit et uniuersa pos
sideat. tanquam non uisus antea apparuisse dicitur. Apparuit autem non tam
oculis hominum quam saluti. Ita et si puer natus ex uirgine oculis car
nalibus uidebatur tamen non apparebat. quia uirtute eius ad huc fidei acies
ignorabat. Unde et ad iudeos per ppham dicitur. Uidentes uidebitis
et non uidebitis. hoc est saluatorem quem cernunt oculis corporalibus
spiritali lumine non uident. Postea enim quam diuinitatem suam mirabi
libus humanis mentibus, tanquam nouus et inopinatus apparens oculos quasdam cordis infudit. ut cognoscerent sensus quem non cognoscunt
aspectus. Unde fit ut nos xpm dnm pfidem quem nunquam uidimus
contemplemur. iudei quem pspexerunt oculis palpauerunt manibus, hodieque
non uideant. Requiram itaque quid opatur sit ut diuinitatem suam ppli
declararet. Dicit hoc primum fecisse miraculum ut aquam mutaret

declarauit